

liter consideratur tamquam mortuus, vel ad minimum tamquam capite minutus.

Monachus ex iure canonico

Solvitur a patria potestate sui naturalis patris, in odiosis, ut filius cum omnibus bonis suis monasterii Superiori subiicitur. *Quidquid acquirit monachus, acquirit monasterio.* Et amittit activam testamenti factionem, non vero regulariter passivam.

Professio minus solemnns

Fit ad quamdam imitationem solemnns; effectus non sortitur potius ex natura votorum quam ex constitutione Ecclesiae.

Qui professus est vota simplicia, etiam perpetua

Tenetur ea observare, et quod contra fieri contingat est illicitum, sed non invalidum; cum e contra quod fit contra vota solemnna non solum est illicitum sed invalidum.

Professio minus solemnns adscribitur

Illis Religionibus, monasteriis, religiosis domibus in quibus ex propriis constitutionibus ab Ecclesia approbatis agitur novitiatus, Professio votorum simplicium emittitur et in communi sub proprii Superioris gubernio ad propriumque proximi profectum vita traducitur.

Statum regularem, qui semel valide assumpsit, dimittere amplius nequit.

Iuxta effatum: *Semel monachus, semper monachus.*

A suscepta Religione religiosus liberatur per electionem.

Nemo legitime professus eiici potest e religione, nisi sit incorrigibilis. Hoc casu debet ter moneri et puniri et per sex menses in ieiunio et poenitentia in monasterii carceribus detineri; quibus praemissis a Superiore Religionis cum consensu sex aliorum Religiosorum in Congregatione provinciali designatorum et a Superiore Generali confirmatorum, potest sententia definitiva eiectionis proferri. Expulsus habitum regularem dimittit; in saeculo vivit habitu clericorum saecularium indutus, quin suspensio per Ordinarium queat relaxari aut moderari.

Transitus Monachi ad Religionem strictiorem, de iure communi omnibus conceditur.

Petita licet non obtenta Superiorum licentia, nisi pro quibus S. Sedis licentia requiratur. Ratio est, quia nemo impediendus est a maiori perfectione quaerenda, quae in arctiori Religione inveniri praesumitur.

Iure novissimo non

Nisi ex S. Sedis licentia ad Ordinem in quo clau-

disciplina vigeat, alioquin necesse erit, ut ab eadem exeat et ad primam intra tres menses revertatur.

amplius licet transitus.

Quando ex iusta causa Monachus, ad adiuvandos parentes, ad propriam curandam salutem, a S. Pontifice ei conceditur, qui dispensando regulariter exigit, ut quantum fieri potest, tria emissa vota serventur, et ut aliquod religiosi habitus vestigium in saeculo iugiter deferatur.

Indultum saecularizationis est.

### De Monialibus.

Femina quae, emissis ad instar monachorum votis paupertatis, obedientiae et castitatis, sub clausura in religione approbata vivit, ut se perficiat, Deoque perfectius, quo fieri potest, deserviat.

Monialis est

Pro Sanctimoniali per syncopem appellata fuit.

Monialis

A vitae sanctimonia, quam debet in statu Regularium sequi.

Sanctimonialis

Cum origine Monachorum est complicita.

Origo Monialium

Regula pro utroque Regularium sexu ediderunt et satagerunt ut simul cum Monachorum conventibus Monialium monasteria fundarentur.

Sancti Basilius, Augustinus, Benedictus et Franciscus

Quae choro addicuntur, et ad divinum officium recitandum ex consuetudine, vel ex propriis constitutionibus tenentur.

Moniales Chori-stae, sunt

Quae temporalibus Religionis ministeriis deputantur et loco divini officii determinatas recitant preces.

Moniales conversae sunt

Ab earum Capitulo, praevio tamen consensu Ordinarii vel Praelati, si sint exemptae.

Receptio Monialium fieri debet

Praescriptae sunt sicut in viris et consistunt in vocatione ad religionem; in aptitudine ad Ordinem regularem et in speciali dispositione ad Ordinis constitutiones observandas.

Ad Monialium receptionem conditiones a sacris canonibus requiruntur.

Excommunicatio indicta est in eum, qui aliquam ad ingrediendum monasterium coegerit, et in eum, qui, volentem ingredi sine iusta causa impedit.

Ut liber omnino sit puellae ad monasticum habitum et professionem accessus,

Quam explorationem fieri per Episcopum mandat Tridentinum, ante habitus susceptionem, sive ante

Ad experiendam libertatem puellae decreta fuit



a Tridentino exploratio voluntatis Monialis.

Dos moderata est constituenda novitiae.

Praeter dotem non prohibetur novitia a parentibus annuam praestationem, pro extraordinariis suis indigentis et pro honestis u-sibus accipere.

Dos et praestatio permittitur.

Vota Monialium ex iure communi solemnia sunt ut illa Religiosorum

Clausura Monialibus a iure communi, et specialibus votis imponitur.

Clausura Monialium prohibet iisdem

Regula prohibens Monialibus de monasterio egressum limitatur

Regula prohibens exteris in monasterium ingressum limitatur

Ingressus et egressus in monasterium Monialium, non est licitus per se sed requirit Episco-

professionem, ut detegatur, an sit coacta, vel seducta, vel sciat quid agat.

Quia licet monasterium, in quo profitetur, reditus actualiter habeat sufficientes ad providendum omnibus monialibus sibi assignatis, incertas in futurum esse valde monasteriorum opes.

Hoc perenne charitativum subsidium per monasterii Abbatissam recipiendum et administrandum est in Monialis utilitatem, si indigeat, secus in utilitatem sororum eius, professa ex sibi ab Abbatissa traditis et parcimonia reservatis, propinquis aut amicis munera largiri, nisi ex Abbatissae consensu et observata religiosa modestia.

Sed reprobat exactio pecuniarium pro prandiis, coenis, musicis concentibus, profanis apparatus, qui in virginibus Crucifixo desponsatis male sonant.

Et eosdem pariunt effectus; ad hoc duos requiruntur, nimirum monasterii erectio, Apostolica auctoritate facta; et impositio ac conservatio clausurae Papalis.

Et affert sub gravissimis poenis prohibitionem, ne ipsae Moniales egredi, exterique ingredi queant monasterii septa.

Egressum sub excommunicationis Papalis et privationis officiorum poena, quam contrahunt etiam qui Moniales egressas recipiunt, et prohibet ingressum omnibus sub excommunicatione ipso facto incurrenda.

Casu urgentis necessitatis, uti foret incendium, incursus hostium, fluminis inundatio, morbus gravis.

In casu alicuius necessitatis aut utilitatis ipsius Monasterii aut Religionis; ingredi possunt medici, chirurgi, Confessarii, opifices, notarius cum testibus, Episcopi et Superiores Regulares.

Quia Episcopus tamquam delegatus apostolicus debet omnium monasteriorum clausuram servare. De cetero praedicta licentia requiritur, nisi periculum sit in mora et regulariter expressa esse debet, spe-

cialis pro personis, determinata pro vicibus, sive tempore, et in scriptis concessa.

Si agitur de monasteriis, in quibus non solent recipi educandae; et hoc casu absque licentia S. C. E. et R. nequeunt ingredi et admitti: et si obtineatur licentia, adhuc examen est praemittendum super moribus, fama, habilitate et necessitate educandae.

Si agitur de his monasteriis, in quibus ex consuetudine educandae recipiuntur, et possunt hoc casu ingredi ex Ordinariorum licentia, inque monasteriis a septennio usque ad vigesimum quintum aetatis annum manere, modo ingressae servent clausurae leges et in loco habitent a Monialium dormitorio separato.

Nam laicis sine iusta et rationabili causa monasteria Monialium frequentantibus excommunicatio, et clericis suspensio minuitur. Regularibus vero alloquentibus Moniales et alias mulieres in clausura degentes, privatio ipso facto vocis activae et passivae infligitur.

Fit cum assistentia quatuor sororum, dum reliquae in choro consistunt.

Peragitur ad crates Monialium.

De observatione clausurae, votorum, vitae communis, ac regularum Ordinis; de monasterii statu quoad temporalia et spiritualia, de eius gubernio circa officiales internas et ministros externos.

Audiuntur singulae Moniales, quae deferunt quidquid, ad bonum proprium vel Sororum censent expedire, ad perfectionem hortantur et, si in aliquo deficiunt, corrigantur.

Abbatissae, sive Priorissae sub cura et vigilantia Episcopi et Regularis superioris, ubi monasterium sit exemptum.

Per maiorem et saniolem suffragiorum Monialium partem est facienda, et ab Ordinario confirmanda.

pi licentiam, et Superioris regularis, si agatur de exemptis.

Puellae causa educationis Monialium monasteria ingredi possunt ibique manere.

Puellae causa educationis ingredi possunt in monasteria Monialium ibique licite manere,

Ad Moniales omni meliori modo tutandas, edita est lex, qua exteri sub severis poenis prohibentur, ne possint absque licentia ad monasteria accedere ad colloquendum cum Monialibus.

Visitatio Monialium

Visitatio spiritualis Monialium

In visitatione monasterii inquiruntur

In visitatione personali Monialium

Monialium regimen commissum est

Ex iure communi electio Abbatissae



Quod si Moniales in electione non conveniant,

Si Moniales in electione conveniant, ut pro duabus vota sint paria,

Abbatissa legitime electa et confirmata

Monialem legitime professam e suo monasterio expelli non posse, neque in aliud monasterium transferri,

Translatio Monialium ob egressum et ingressum importat violationem clausurae.

Ordinarius terminum statuit, intra quem concordare debeant; aliter ipse pro ea vice eligit.

In prima suffragiorum parte vice repetendum est scrutinium, in secunda si paria vota sint, Ordinarius antiquiorem in professione eligit.

In sibi subditas Moniales potestatem assequitur domesticam, sed proprie dicta iurisdictione caret.

Nisi accedat Sanctae Sedis auctoritas, quia remedium expulsionis ex causa incorrigibilitatis propter formam processus, rationem clausurae et conditionem sexus non videtur posse in Monialibus locum habere.

Cum nullibi in iure appareat concessum, eam causa translationis posse violari et Monialem ex dicta causa habere ius suum egredi aliudque ingredi monasterium.

### De Conservatoriis.

Conservatoria sunt

Quaedam Congregationes puellarum, sive mulierum, quae, habito peculiari indutae, sub aliqua regula, pro earum securitate et perfectione, collegialiter vivunt, nullis emissis votis, vel votis tantum simplicibus emissis, sed regulariter sine clausurae lege.

Conservatoria quaedam monasteriorum imitationem continent.

Sed neque expresse, neque tacite a S. Sede probantur, quia adversarentur Bullae S. Pii V. quae praecipit ut omnes Moniales et Tertiariae in communi viventes vota emittant et clausuram servant; sed tolerantur.

Omnia Conservatoria permissive, sub cura et in arbitrium Episcopi relinquuntur,

Ut possent ea erigere vel suppressere, quod de monialium monasteriis dici non potest, quorum erectio et suppressio est S. Pontifici reservata.

Ad pietatem et religionem fovendam

Opportunum immo et necessarium S. Sedi visum est, puellarum et mulierum Conservatoria expresse admittere et probare, in quibus non est lex clausurae observanda, nec solemnis regularis professio emittenda. Clemens XI constitutiones Virginum Anglicarum,

narum, et Clemens XIII. Institutum Piarum Virginum, *Matres, Magistrae piaae*, absque papalis clausurae lege et solemni professione, approbarunt et confirmarunt.

Quae formaliter erecta sunt auctoritate Episcopi a quo reguntur et regulariter administrantur.

Quae nullam habent formalem Episcopi institutionem et religiosum institutum; pro indigentium subsidio et honestatis conservatione sunt a laicis fundata a quibus reguntur et administrantur.

Quia Conservatoria tantum a solo Episcopo sua auctoritate sunt constituta.

Quod factum est, ut puellae in maximis saeculi periculis maius haberent securitatis tegumentum, et a saeculo separatae melius possent propriae perfectioni vacare.

Quae fulgeant honestis moribus, quae aetatem compleverint quindecim annorum, quaeque necessaria ad vitam sustentandam habeant.

Ad Episcopum pertinet, qui dare etiam debet induendi licentiam habitum. Correctio et visitatio absolute fit ab Ordinario, qui non potest Conservatoria suppressere et puellas ad earum domus remittere.

Cum debita proportione aptanda sunt feminis in Conservatoriis degentibus; et ideo iisdem dari debet Confessarius ad triennium, quo transacto ab alio substituitur.

Qui remanet proprius Conservatorii Sacerdos ad effectum ministrandi Sacramenta et habendi iura decimarum, et funerum, licet alumnae ibi sepulturam sibi elegerint. Ecclesia Conservatorii est tanquam publicum oratorium in quo non licet sine S. Sedis licentia SS. Eucharistiam retinere.

Moniales tamen non sunt, quibus in praemissis exemptiones competunt; et per consequens legatum pro Monialibus factum absque dispensatione his prodesse non potest; si matrimonium contrahant validum est, et iure dos Conservatorio tradita ipsis restituenda est.

Conservatoria ecclesiastica dicuntur

Conservatoria laicalia appellantur

Conservatoria tantum clausuram episcopalem habent

Ius novissimum regulariter in Conservatoriis degentibus clausuram papalem apposit,

In Conservatoriis ecclesiasticis admittendae tantum sunt feminae

Examen conditionum pro feminis in Conservatoriis degentibus

Quae constituta sunt pro monialibus

Propter actum erectionis Conservatorii, iura sua non auferuntur Parocho loci,

Feminae congregatae, licet in domo religiosa ad formam monasterii tam in habitu, quam in instituto vivant, et publice pro monialibus habeantur,



## De Confraternitatibus.

Confraternitates sunt

Quaedam Congregationes laicorum ad opera pietatis et charitatis exercenda in aliqua Ecclesia sive Sacello erectae, propriis statutis, sive regulis instructae, proprioque, ut plurimum, habitu in functionibus ornatae, quae post longe lateque per orbem diffusos regulares Ordines, ad quandam eorum similitudinem videntur esse institutae.

Confraternitates

A S. Sede probantur, multisque indulgentiis et privilegiis ditantur.

Episcopus instituendarum Confraternitatum

Ordinariam auctoritatem habet, delegatam vero Superiores Regulares, modo prius obtineant consensum et litteras testimoniales Ordinarii et statuta per ipsum examinentur ac probentur, indulgentiae recognoscantur, et elemosynae iuxta formam eas colligendi et expendendi ab ipso praescriptam sint collectae.

Confraternitates laicales sunt

Quae absque Episcopi formali auctoritate sunt erectae, quaeque a laicis fundatae, a laicis diriguntur et administrantur et licentia Episcopi est iugiter necessaria.

Episcopus antequam licentiam erigendi confraternitatem concedat

Debet diligenter perpendere, an alia existat similis Confraternitas in loco, in quo est fundanda; quo casu huius fundatio non potest permitti; perpendere debet an opera pietatis et charitatis exercenda, loco, tempore et personis convenient, an statuta et regulae ad bonum Confratrum et Religionis conducant an alicui Ecclesiae Parochiali praeiudicium inferatur.

Si agitur de Confraternitatibus mere ecclesiasticis, Episcopi moderationi in omnibus subsunt.

Nam res et loca sunt ecclesiastica et a civili iurisdictione exempta etiamsi personae ad Confraternitates admissae sint laici.

Concilii Congregatio definivit, Confraternitates laicorum

In Ecclesiis Regularium institutas Episcopi iurisdictioni et visitationi subesse.

Confraternitates, Archiconfraternitatibus Romae

Episcopi iurisdictioni sunt obnoxiae, Clemens VIII. et Paulus V. et postea S. Congregatio declaravit ag-

gregatas Confraternitates esse Episcopi iurisdictioni obnoxias.

Dum in album Confraternitatum referuntur, nisi in primo casu S. Pontifex et in secundo Episcopus quodpiam privilegium aut indultum concedat quo fideles eximantur iurisdictione episcopali aut parochiali.

Ne ordo parochialis Ecclesiae perturbetur. Confraternitates erectae in Ecclesiis parochialibus vel Oratoriis iisdem annexis in omnibus ecclesiasticis functionibus a Parochis dependent; Confraternitates erectae in Oratoriis seiunctis ab Ecclesiis parochialibus, non dependent a Parochis in functionibus non parochialibus, et dependent ab iisdem in omnibus, quae ad ius, vel munus Parochorum spectant.

Ait enim: *Salvis tamen conventionibus et pactis in erectione Confraternitatum forsitan factis, concordis inter partes initis et a S. Sede approbatis, indultis et constitutionibus synodalibus, ac provincialibus, consuetudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis.*

Variis privilegiis et indulgentiis a S. Sede ditari solent et praecipue Ordinum regularium et Archiconfraternitatum, quibus fuerunt aggregatae.

Antequam ab Ordinario examinentur indulgentiae et privilegia; et post examen in tantum possunt uti, in quantum Ordinario visum fuerit et non ultra.

Retinere nequeunt SS. Eucharistiam, nec absque indulto speciali S. Sedis, venerationi exponere; neque Crucem deferre in processionibus, et praecedentiam habet quae antiquior est in loco ubi fit processio.

## De Delictis Ecclesiasticis.

*Commissio sive omissio externa, dolo facta, contra legem vigentem aliquid imperantem aut prohibentem sub poena.*

Cuius accusatio et persecutio laesae tantum parti conceditur.

existentibus, aut Capitulo S. Ioannis in Laterano aggregatae, Confraternitates sicut non eximuntur a iurisdictione Episcopi; ita nec fideles a potestate Parochi

Confraternitates debent semper iustam a Parochis dependentiam maxime in functionibus servare.

Generale decretum S. Congregationis hac de re die 10 decembris anni 1703, iuraparticularia non tollit.

Laicorum Confraternitates

Sodales Confraternitatum nequeunt privilegiis et indulgentiis uti.

Oratoria Confraternitatum, quae parochialibus aut regularibus non sunt unita.

Delictum definitur

Delictum privatum dicitur